

Quantum Argumentum pro regno rationis hodierno.

Studendi ratio hodie faciliior,

35. Hodie methodus studendi in omnibus scientiis est longe expeditior, atque intra triennium absolvi potest Juris prudentia, olim vix per annos sex decursa: quadriennium Theologiae datur, quae olim annos viginti expetebat. Idque ob methodum magis ordinatam nunc fit. Ex quo regnum rationis haud parum promovetur, ut intra paucos annos tot veritates agnoscas, tot intellectiones elicias, quot veteres vix pluribus lustris poterant elicere. Nunc quantum ludibrium deberet orbi litterato Doctor ille Viennensis Theologiae suo aëvo perceleber, qui triginta annis legit publice & explicavit Esaiam prophetam, nec ultra caput primum promovit gressum?

est inventum vetus 36. Repono 1. Hæc methodi strictioris laus neuti-

quam est ævi nostri, nec argumentum est regni rationis hodierni, sed potius majoribus debetur, ac regni rationis majestatem vindicat antiquis; utpote S. Thomæ in Theologia; Abaelardo in Philosophia; Gratiano in Jure Canonico; Accursio, Bartolo aliisque in Jure Civili. Quos tamen omnes novi isti pueriliter contemnunt quamvis sæpe nec lectos nec intellectos.

37. Repono 2. Si methodus vasta studia prudenter contrahens, qualis est D. Thomæ, regnum rationis multum promovet, uti revera promovit; necesse est hodie parum vigere regnum rationis, aut ruinæ propinquum esse. Quippe hodie passim multi conatus adhibentur ad hanc utilem regno rationis methodum eliminandam. Quisquis autem adjumenta regni rationis præsertim longo usu probata removere & evertere laborat, is certe in regno rationis non aliter quam ut hostis versatur: sicut qui muni-

munimenta regni Hungariae demolitur & armamentaria expilat, is in regno quidem Hungariae est, sed ut proditor aut hostis.

Methodi hodiernæ

38. Repono 3. Si methodi à modernis varie excogitatae spectentur, illae regno rationis potius nocent. Rationem enim juvat *Ordo & Constantia*: hodiernæ vero methodi inordinatae sunt & nihil constantiae habent, præterea etiam ambagibus involvunt, ex quibus nos methodus pristina explicuerat. *Inconstantes* sunt; quia quotidie de una methodo ad aliam transitur: una vix tentata iterum abjicitur, ut alia quæ novitatis characterem recentiorem in fronte præsert, arripatur, paulo post denuo abjicienda. Quisquis cursum scholarum utcumque absolvit, exemplo aliorum allectus cogitat de nova methodo adornanda. Norunt ista quibus Scholæ librique recentium non ignoti sunt. Consideret quispiam vel solum Jus Naturæ. Quoties illud in

sunt Inconstantes

diversas formas refusum, refrictum, resculptum, refrixum, recoctum, recusum, & tot sub incudibus & infanis furnis pene in scorias redactum fuit? Et sibi reputantur hi Phidiae, nisi mavegnantes, licet Steropas Brontasque dicere, alter alterum criminantur de methodo non refusa sed confusa, inepta, inutilique. Atque hi methodi confusores vel sint ipsi de regno rationis jam dominante, aut legitimi agnoscantur judices, cui nam veterum aut novorum Rationis principatus sit deferendus? Eam in rem in *Larva detracta* nonnulla proferuntur Cap. VIII. Them. XIII. seq. & Cap. XIV. ac XV.

In Philosophia quoties desultoria jam novarunt cum principis etiam methodum? nihil tamen effecerunt boni, quod non jam in Aristotelis ac divi Thomæ principis ac methodo esset contentum. Propterea neque ætatem tulere Lullus, neque Ramus, nec Cartesius, nec Mallebranchius: neque feret ætatem Nevvtonus,

D

tonus, sicut nec tulit Leibniti-  
us. Et recentissima  
D. Wolffii quæ extra Ger-  
maniam nunc incipit sape-  
re, in ipsa Germania jam-  
jam desipit, & novam cir-  
cumspectant multi, paulo  
post forte nascituram simul  
ac emorituram.

Confusæ, Hæc de inconstantia me-  
thodorum novarum. *In-  
ordinatos*, confusas ac de-  
ceptorias plerumque esse  
hinc quoque colligitur,  
quia spem humanam fal-  
lunt, nec satis faciunt  
expectationi discipulorum:  
hinc enim fit ut cum plau-  
su, quem novitas ciet, re-  
ceptæ paulo post deserantur.  
De methodo Wolff-  
fiana miris laudibus decan-  
tata, quam sit anfractuosa,  
quam salebrofa, quan-  
toque onere premat via-  
torem, ut ad nihil tenda-  
tur, ostendimus in *Diatribæ  
circa methodum Wolffia-  
nam*, quam cum methodo  
D. Thomæ ex æquo colla-  
tam lectori rationis aman-  
ti spectandam dijudican-  
damque palam exposui-  
mus.

ut Wolf-  
fiana.

Ergo hoc de methodo ar-  
gumentum plurimum nocet  
causæ, neque hodiernæ  
ætatis regnum rationis  
aliud asserit quam in se di-  
visum, varium, dissonum,  
hoc est debile, & Spiritus  
ultimis proximis ducens;  
quemadmodum sunt viri  
quidam prudentes, qui ve-  
ræ solidæque doctrinæ de-  
liquium proxime instare  
vaticinantur, nisi si quo po-  
tente pharmaco vanitas à  
corde procul depellatur,  
tanquam virus regni ra-  
tionis ipsa viscera ex-  
dens.

39. *Repono autem etiam* Studia ci-  
4to, quod studia quædam tius jam  
sive scientiæ tribus qua- absolvun-  
tuorve annis finiantur, tur,  
hoc cum primis non est in-  
ventum novum avi no-  
stri, sed dudum à majori-  
bus, quos isti rident, insti-  
tutum. Ut quid igitur ho-  
minum ridiculorum inven-  
tum jam adducunt ad de-  
cus sibi, suoque avo. *Sto-*  
que rationis regno concili-  
andum? Ut si asinus ri-  
deat leonem, ac deinde  
leonis se exuviis vestiatur,  
quo grandius quid adver-  
sus

fus ceteras animantes spi-  
ret.

Sed non  
scientiæ

Deinde scientiæ quæ in  
schola anno tertio finiun-  
tur, non ob id anno etiam  
tertio absolvuntur. Ne-  
mo vel mediocriter doctus  
ignorat, scholastico illo  
curriculo nonnisi ichno-  
graphiam & fundamenta  
in mente discipulorum poni.  
Sic qui Theologiæ aut Ju-  
ris prudentiæ Scholam  
egressus deinceps non im-  
pendet majus etiam & pro-  
lixius studium in illas di-  
sciplinas excolendas, nã  
ille parum alte imbiberit  
doctrinam: Sæpe ego in-  
dagavi, ecquid verum ef-  
set proverbium illud: *Lo-  
gicus scit omnia, Physicus  
parum, Metaphysicus nihil?*  
Atque deprehendi, quem-  
libet hominem studiosum  
quamlibet disciplinam tunc  
demum agnoscere, cum  
ex illa ad aliam transferit.  
Agnitio autem hæc ex eo  
maxime nascitur, si jam  
deprehendas ipse, quan-  
tum in illa priore discipli-  
na ignoraveris, quamque  
parum usum ejus intelle-  
xeris. Ita Logicus in li-

mine ipso scientiarum con-  
sistens cum Logicam paul-  
lum discit, existimat se in-  
telligere omnia, quia quos-  
dam jejunos syllogismos  
de omnibus scit texere.  
Inde vero progressus ad  
Physicam aut Moralem  
Philosophiam deprehen-  
dit, quam parum perspe-  
xerit verum Logicæ finem  
& usum, quem nunc de-  
nique difficiliorem sibi esse  
invenit. Unde Physicus in  
sua existimatione jam sibi  
decrevit & parum scire  
sibi videtur. Eadem fere  
ratione Jurisprudentiæ ty-  
ro scholam egressus & ap-  
pulsus ad forum, demum  
apertis oculis agnoscit  
quam casta sint ea quæ ha-  
ctenus didicerat quantum-  
que rerum sibi restet di-  
scendum, ut prudens Juris  
evadat; quarum quidem  
rerum hæctenus forte ne  
nomina quidem audiverit.  
Quid dicam de Theologo?  
Et tali quidem, qui nunc  
scholam deseruit, nihil so-  
let esse rancidius. Nudus  
plurimarum rerum agno-  
scit, vitam prope omnem  
deinceps etiam impenden-  
dam ut aliquousque in

Theologia proficiat. Verum adeo est: *Logicus scit omnia, Physicus parum, Metaphysicus nihil.*

Quapropter illud disciplinarum compendium nullam ævo nostro prærogativam parit præ veterem quocunque: Veteres enim ut solide Theologiam intelligerent, decem aut viginti annos uni se magistro subdiderunt: nostri aliquot annis sub magistro transactis decem deinde & viginti annos alios magistris mortuis, id est libris utuntur, non minore temporis spatio, sed labore etiam nihilo minore.

Compendium studiorum potest nocere,

40. *Repono 5to.* Proclive esse, ut hoc disciplinarum compendium regno rationis etiam noceat. Sunt enim revera non pauci, qui existiment se Theologos esse, quod omnes quatuor annos in schola nec sine laude exegerint, etiam examinati à doctoribus. Sunt pariter etiam Juris tyrones, trium annorum cursu emensi Jus Canonium, Civile, Publi-

sum, Naturæ ac Gentium, Examinati ibidem atque approbati. Hi cum omnia & fœderatim inducere. absolverint, cum ex omnibus laudem reportaverint, possunt existimare, nihil sibi discendum restare: quid enim restet post omnia? Quid autem regno rationis hodierno obesse magis possit, quam si homines è scholis recentes in ipso flore vigoreque ætatis discere cessent?

### Quintum Argumentum pro regno rationis hodierno.

41. *N*ostræ ætatis homines plerique dantur multas scientias discunt, *Hodie* cum veteres tantum unam aut alteram obtinuerint. *Hodie* ipsa juvenus Geometriam, Arithmeticam, Geographiam, Mechanicam, Hydrostaticam, Architecturam civilem & militarem, Historiam, Genealogiam, Heraldicam, Politicam, Oeconomiam Cameralem dictam, Jus publicum, Naturæ & gentium aliaque permulta con-

condiscit, priscis ignota patribus nomina.

Veteres tantum fortibus imperabant multa,

nos omnibus.

42. *Repono 1mo.* Veteres ista omnia non ignorarunt: ab illis enim tradita nos accepimus, non ex nostro fundo demum eruimus. Sed est veteres inter atque nos discrimen, quod illi plures disciplinas tantum fortioribus ingenii imposuerint, nos contra jubeamus ut *omnis ferat omnia tellus.* Utri, oro te, pro regno rationis stabiliendo fecere consultius?

Multa scire non est proficuum,

43. *Repono 2do.* Vetus est gnome: *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.* Seneca unius libri lectorem laudavit. Plutarchus mercatoris more perambulandas quidem civitates omnes docebat, morandum autem in una; ita scientiarum omnium percontanda esse principia, in una autem philosophia five sapientiæ amore atque studio figendum domicilium, siquid quod regno rationis dignum sit efficere cupias. Et quemadmodum

artifex, qui eodem tempore & pictor & faber & pautæ & cocus & citharædus & scenopegus & pharmaceutes & pellio & nescio quid præterea esse vellet, in paucis rem, in plerisque actum ageret; ita ex novis institutis plurimi egrediuntur, si superis placet, polyhistores, qui sciant *ex omnibus aliquid, in toto nihil.* Et hoc regnum est rationis hodiernum, præ quo erubescendum sit veteri? Non est terræ magis, quam hominibus è terra natis & animis terræ infusis limes rerum positus. Sapienterque vetus ille Flaccus monuit uti, prius quam quod studii genus aggrediare, etiam atque etiam dispicias; *Quid valeant humeri, quid ferre recusent?*

44. *Repono 3tio.* Tot menti videri disciplina si eas omnes vires ad una imagine retinere memoria velis, fatigant mentem, ut ea negotiis seriis adhibere & conatum tantum & tantam attentionem non possit. Efficit adeo ut in necessariis deficiat

ciat mens: ac præcipue ut  
judicandi vis tot species  
inter assidue occurrentes  
multum amittat securita-  
tis & certitudinis. Olim  
enim usu probatum ada-  
gium est: *Multa memoria  
obest iudicio.* Quoniam  
vero rationis potestas ma-  
xime in sano puroque ju-  
dicio consistit, tot disci-  
plinæ assidue in anima re-  
tentæ, rationis regnum ac  
potentiam adeo non com-  
muniunt, ut illud potius  
labefactent. Nisi excepias  
rara quædam ingenia sex-  
centesimo quoque anno  
orientia,

aut obli-  
vionem  
parit.

Quod si tot disciplinas se-  
mel tantum discas in spem  
futuræ oblivionis, nun-  
quam aut raro deinde eas  
recolens, experientia dis-  
ces, illis parum juvari vim  
rationis tuæ. Hinc sæpe  
audimus ex viris: Olim  
puer aut adolescens hæc  
scivi, hæc didici: negotiis  
horum mihi exempta me-  
moriam est: ignoro: quæ-  
que ignoro iisdem non  
juvor,

### Sextum Argumen- tum pro regno rationis hodierno.

45. **C**omparetur non Moder-  
pars ætatis unius num se-  
culum  
hominis parti ætatis illius culum  
alteri, ut hucusque feci- comparatur præ-  
mus in præcedentibus ar- cedenti-  
gumentis: Sed unam muni- bus.  
di sive humanæ gentis æta-  
tem comparemus cum al-  
tera. Hodiernum seculum  
intra annos centum tantum  
peperit doctrinæ, quan-  
tum vix multa secula prio-  
ra. Ergo hodie necesse  
est regnum rationis in au-  
ge esse, cum intra breve  
tempus tanta seges in-  
tellectionum confurrexit.  
Quoniam autem hoc ar-  
gumentum amplum est, &  
multa complectitur, divi-  
dendum est in capita plu-  
ra, ut pro decoro explicetur:  
quamquam fieri non  
potest, ut totum rite exse-  
quamur, quippe in quod  
omnes artes, scientiæ in-  
ventionesque humani in-  
genii incurrunt.

Incipiamus ergo à nu- Hodi-  
mero doctorum. Hodie sunt plu-  
certe

res scho-  
læ

certe tot sunt Scholæ, Aca-  
demia, Lycea, Gymnasia,  
quot elapso seculo & nul-  
lo retro alio extiterunt.  
In pluribus autem Scho-  
lis major doctrina, plures-  
que doctores. Major igitur  
hodie doctrina regnum  
rationis hodierno tempo-  
ri vindicat.

sed non  
semper  
meliores

46. *Repono imo.* Hoc  
mihi argumentum simile  
videri illi, quo quis con-  
tenderet, potentiorum hodie  
esse Germaniam, quod  
plures numeret Principes  
& aulas, ac olim, ubi uni  
fere parebatur: aut debi-  
liorem hodie esse Galliam,  
quam sub Capetinis Prin-  
cipibus, quando procerum  
majestas pene precarium  
regum imperium fecit. In  
Scholis pluribus plures  
sunt doctores. Sed re-  
gnum rationis non multi-  
tudine corporum constat,  
quemadmodum grex ar-  
mentorum, ubi quo plus  
est taurorum hoc major  
grex dicitur. Ne exerci-  
tus quidem robur dime-  
tiantur numero Ducum  
aut Imperatorum, sed uni-  
us aut duorum virtute, ex-

perientia, auctoritate, for-  
tuna. Plures scholæ, plu-  
res doctores si male sunt  
ornati, si inertes, si hebe-  
tes, si novitatis studio in-  
ter se certant ut veritates  
usu longo contestata abo-  
leantur, hi certe regnum  
rationis pessum ire cogunt,  
non erigunt. Id autem  
sæpe fieri, tristis habet ex-  
perientia. Ubi nimius est Expe-  
ditorum in una schola rientia  
numerus, quemadmodum  
fere accidit in Protestan-  
tium scholis, cum tyrones  
omnibus audiendis alen-  
disque vix sufficiant, id  
fere agunt singuli, ut ad  
se præ aliis discendum  
quendam numerum dida-  
ctri amplioris gratia allici-  
ant. Igitur multi non tam,  
quid solidi cibi porrigant,  
meditantur, quam quomo-  
do placeant juventuti. Ju-  
ventuti autem quibus re-  
bus placeant aliis, quam  
jocis, sale in religionem  
ac sacerdotia intempestive  
consperso, fabulis Attel-  
lanis sæpe hircum olenti-  
bus, insolentibus dictis,  
historiis palato juvenum  
aptis, aut ostentatione  
eruditionis & antiquitatis  
obfo-

obsoleta, sive demum novo aliquo argumento excogitato, aut methodo distorta proposita, aut sententis temerariis. Quibus rebus omnibus occupatorum ultima cura solet esse veritas, & velut hamum esca tegens decipit incautum pisciculum, ita juvenilis animus inter risus, jocos & sales, paulatim exutus veritatis studio, vana, insolentia, novaque spectare discitur non advertens hamum sub esca latentem. Quid Puffendorffium adigit Jus naturæ Philosophis, Theologis ac Jurisperitis ademptum sibi arripere, quam ut is, cujus nulla habebatur in Academia singularis ratio, novam sibi exedram fabricaretur, & novo nomine novæ disciplinæ, si superis placet, proposito, fidem faceret curiosis, revera novam etiam rem ipsum cum novo nomine afferre, quam ante ipsum intellexerit videritque adeo nemo? Vid. *Larva detracta* Cap. VIII. Them. XII. Fin.

Idem porro interdum

accidit in scholis inter fenovitate certantibus, ut singulæ sufficientem tyronum numerum ad sese invitent.

47. *Repono 2do.* Ple-Scholæ rumque cum novæ scholæ propter aliud aut Academiae instituuntur, earum auctores non quam doctrinam ad hoc respiciunt, ut doctrinæ & rationis regnum amplificentur; sed Oeconomicis plerumque aut politicis rationibus moventur; ne loculi extra provinciam exportentur, ne juvenus alienis moribus & amoribus capta proprium dominatum fastidiat. Rectene id fiat, nequaquam disputo. Illud ajo, rationes, quæ loculos salvos præstant, easdem non mox etiam regno rationis pondus addere: alias Russi ante hos annos doctissimi fuissent, quibus omnibus pedem extra patriam ponere per easdem rationes capitale fuit, dum Petrus imperator aliud non tam justum quam exemplo ipse suo instituit sub initium hujus demum seculi. Quin etiam

etiam Principes ejusmodi scholarum ex causis prædictis institutores solent scholas easdem ob rationes conservare atque tueri, ob quas primum easdem erexerunt, neglecto aut obiter tantum spectato regno rationis. Qui enim litterarum ludos instituunt tanquam finem ad dominatum suum firmandum ii haud dubie doctrinam, & regnum rationis volunt esse subordinatum atque subjectum dominatui suo. Jam vero ipsi præcones regni rationis confiteri debent, Rationem subjectam commodis privatis non esse valde Dominam sed servam. Privatis autem commodis subjecta videtur esse ratio, quæ paucis tantum imperantibus servit.

Multitudo scholarum obest.

48. *Repono 3.* Quodsi hæc privata quorundam imperantium commoda seponantur, multi sapientes viri existimant, multitudine hodierna scholarum non promoveri regnum ipsum rationis liberæ, sive agnitionis veritatis genui-

næ. Cujus sententiæ multæ possent afferri rationes præter jam supra adductas. Eas enarrare non est animus, ne omnia ad unguem perfequi videamur.

### Septimum argumentum pro regno rationis hodierno.

49. **H**odie multo major juvenutis pars ad litterarum studia applicatur. Ergo hodie regnum rationis fortius est, multo plures cives numerat: & seculum modernum multo plures intellectiones exercet, quam anteriora tempora.

50. *Repono 1.* Hic fere dici posse illud: *Multipli-* sed non meliores. *casti gentem, & non magnificasti letitiam.* Turcæ cum exercituum suorum numerum edunt, solent capita numerare ac dicere: Sultanus cum ducentis capitum millibus in expeditionem profectus est. Sic interdum scholæ capita numerant. Mille capi-  
E

ta, duo sincipitum millia hanc Universitatem frequentant. Quodsi capita de Turcarum exercitu in classes dirimas, erunt centum millia equorum & camelorum & canum; viginti millia foeminarum; totidem lixarum & calorum: ii vero, qui proprie exercitum faciunt, hoc est milites ad quinquaginta vel sexaginta millia reducuntur.

Non admodum absimili ratione si à schola aliqua sive triviali sive legitima removeas impedimenta, ex mille occipitibus pauci forte studiosorum nomine digni restabunt. Numerabis ex iis centum juvenes, qui fallendo tempore deferre quotidie sua corpora in scholam à parentibus jubentur, deinceps de scientiis ne cogitaturi quidem. Alii centum venerunt non propter studere sed propter videre mundum. Centum aliis propositum est ostentare parentum divitias & nummos spargere. Alii stipendiis inhiant in hanc gentem erogari soli-

tis, qui domi esurirent. Et sunt, qui nec scholam nōrunt, nec doctorem suum ex facie unquam agnoscunt, quorum solum nomen in Albo studiosorum inscriptum est, corpora tenent omnes popinae & fidicinum chori. Ex mille porro quingentos subinde numeres, quibus feno caput omne invita Minerva fufferit, ex quolibet trunco facilius Mercurium quam ex his virum vel semidoctum exsculptura. Et ubi sunt demum tot illi cives, qui numero ipso regnum rationis muniant, adaugeant & pristino illo reddant magnificentius?

51. *Repono 2.* Ea scholarium copia regno rationis etiam impedimento onerique est. Sicut in exercitu lixarum & imbellium multitudo ad victoriam nihil confert, sed annonam armatis debitam otiosa abligurit; castra, agmen, itinera gravat; praefectorum sollicitudinem inutiliter occupat; ad tumultuandum procli-

vis

vis multa turbat, bonisque consiliis moram frequentem injicit: Ita in scholis impedimenta nihilo minora inertium multitudo ponit.

Ad inertium vero multitudinem augendam egregie facit scholarum multitudo. Equidem non difsiteor, egregia quaedam ingenia ruri obsoletura, nisi in propinqua civitate scholas nanciscerentur, ubi sine multo impendio erudiantur: Sed & hoc mihi vicissim dabis, si centeni ex quavis Academia inertes fungi ejicerentur, in illorum locum sine alio impendio facile reponi posse nutritive selectiores illas ac bonae spei plantas; neque ob id opus fore, ut cuilibet urbeculae nova schola agglutinetur. Tot enim scholae ne vacuae gemant, quidquid numerum facit in eas saepe recipitur. Et cum nihilominus sint pauci, inter hos paucos ille aliquis esse putatur, laudibus superfunditur, praemiis decoratur, qui inter caecos luscus est, qui-

que in frequentiore aliqua selectorum schola agmen certo clauderet. Rem loquar minime confictam sed tristi experientia certam.

Nihil itaque video quo regno rationis hodierno accedat majestas ac robur ex copia qualiumcunque scholarium, quemadmodum nihil roboris accedit agmini ex numero claudorum & debiliun.

### Octavum argumentum pro regno rationis hodierno.

52. *Hodie* intra centum annos plures libri in omni disciplinarum genere sunt editi, quam ullo antea tempore.

Hodie plures libri eduntur.

53. *Repono 1.* Si vera sunt, quae de regis Ptolemaei aliorumque veterum bibliothecis narrantur, nullam hodie reperire est bibliothecam tam numerosam, quae huic par sit. Quod argumento est, plures olim diversos auctores, aut à paucioribus auctori-

E 2

bus

bus plures diversos libros fuisse editos. Nam regis bibliotheca fuit, non bibliopolium: diversi in ea libri erant, non unius libri plurima, velut ad vendendum, exempla. Igitur maximus numerus librorum docet maximum numerum auctorum, vel saltem maximam diversitatem librorum. Utrum ex his fumpseris, parum sane pro regno rationis hodierno emulseris, multum pro veteri. Nam si nostrae hodie bibliothecae continent libros non tantum hac aetate scriptos, sed omnibus retro seculis, & quotquot ex ultima antiquitate supersunt: & nihilominus libri hi jam extantes non possunt aequare numerum veterum perditorum, ut Ptolemaicae bibliothecae: manifestum est. Libros hodierni seculi, qui nec vigesimam omnium librorum partem efficiunt, in comparationem veterum venire vix posse, & argumentum propositum non esse profectum ex vero, sed ex nimio amore proprio, ex praesumptio-

ne, & ex ignorantia alieni: Praejudicium ergo, quod in aliis vituperant, a sese primo deponant praedicatorum regni rationis hodierni.

54. Repono 2. Ad exuendum tale praedudicium opus est discriminare libros hodie editos à libris hodie elucubratis. Multi hodie formis excuduntur libri qui hodierni non sunt, sed veteres: aut qui vix modicum de hodierno ingenio habent. Accedamus bibliothecam. Omnia S. Scripturae volumina, polyglotta, glossae, commentaria, interpretes, veteres sunt non hodierni, praeter tres, ut Calmetum & aliquot Criticos. Igitur hodierni non superant numerum veterum; ut interrim de virtutis, sapientiae, doctrinaeque praestantia verbum non faciam, nec Calmeto Testatum conferam, nec alios alius.

56. Sancti Patres & quot ut & SS. Patres. quot illam classem amplissimam implent, utut hodie San. Maurianorum & quo-

Hodie editi libri non sunt omnes hodie elaborati,

S. Scriptura & interpretes veteres plerique,

quorumvis aliorum studiis editi, Parisiis excusi, Venetiisque recusi sint, Omnes uno agmine ad vetus rationis regnum transeunt. Et nescio si vel unus hodie scriptor reperiat in hunc chorum augustum sane adsciscendus. De Bellarmino aiunt olim deliberatum fuisse. Verum ille ex eo jam aëvo est, quod nostris nasutis ridiculum est, jam est avorum ac delirorum senum è numero. Regnum rationis hodie viget, ante annos septicentos adhuc ignorantia occupavit mundum.

Theologi plures veteres,

pauci novi

57. Theologi hodierni fortasse palmam praeripiunt? Ita videntur animo praecipere. à centum enim & quod excurrit annis habemus Petavium & Thomassinum Theologiae dogmaticae parentes, quorum ille Patres adhuc neglectos, hic Concilia in Theologiae chorum eduxit. Exinde Boucatius, Iueninus, Turnelius, Habertus, Natalis, Lupus, Cardinalis Gottus ac tot demum alii in arena comparuerunt, ut

nemo jam fere sit Theologiae operam navans, qui non novam Theologiam dogmaticam de se spondeat.

Ergo rursus jam non contendo Petavium cum Suarezio, neque examino, ex utro major vis rationis majusque regnum appareat? ex Petavio an ex Suarezio? Judicium ferant cordatum qui legerint in veteres tellexerintque utrumque. Illud scio, veteres Theologos à novis hominibus sine fine incusari de rationis usu in Theologia: qua propter moderni Theologi ratione multum recisa auctoritati se quasi totos dederunt. Ex quo tamen ipso non video quantum eminentiae ex hodierna theologia adipiscatur regnum rationis, quippe in qua ratio locum exiguum tenet? Aut contra cur regnum rationis antiquum contemptui esse nostris debeat, in quo tamen antiquo regno fatentur isti plus nimio rationi fuisse datum?

E 3

Quod